ACCESSERUNT
huic Editioni,

1. *Crepundia Poëtica.*
2. *Pugna Porcorum.*
3. *Par Impar.*

} Incertorum Autorum.

K.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. МЕЧНИКОВА

# PRÆFATIO.

Feſtive Lector,

*Semper jocari, ſtultorum; nunquam riſui operam dare, non minus fatuorum hominum eſt: ut pote qui id quod ſibi proprium eſt, faciunt quaſi minime proprium. Si enim homo rationalis, etiam riſibilis eſt. Atque hoc eſt, quod homini proprium, & quidem quarto modo, appellant cum ratione differentes Logici. Ex his autem modum tenere, ſapientis eſt.*

Omne tulit punctum, qui miſcuit
utile dulci,

*Horatius ait, & omnium calculo approbatur. Quomodo autem illud fieri poſſit, haud facile explicatu eſt.* Ego, *qui tamen unicuique liberum ſuum judicium relinquo, non ſic ſevero ſtudio inhiandum exiſtimo, ut propterea omnis riſibilitas, proinde humanitas, tollatur, exuatur; neque ſic riſui operam dandam puto, ut ea de cauſa omnis ſeveritas, omnis autoritas exulet, atque ita fieri poteſt, ut*